



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1657

§. 252. Et tenebræ factæ sunt. v. 44.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45549

otiose horas meas impendi , & loco laboris boni fuit in me sensuum evagatio , inclinationes & affectus inordinati ad Creaturas , elatio , vana gloriatio , impatientia & alia peccata contra Deum , proximum , me metipsum sive contra præcepta decalogi & Ecclesiæ . Omnes voces meæ ad laborare debuissent pro his , sed eo forte vel raro intendit animum , resipicam igitur ab hoc intolerabili errore , & vel hodie incipiam tua gratia ad intus neglecto Corpore animam excolere . Nulla hora fera est ne quidem XI. imo nec XII. apud bonum Patrem familias ante erogationem .

§. 252. Et tenebra factæ sunt v. 44.

Trium fere horarum spatio quo Dominus in Cruce pependit , et si non adeo dense ut nihil omnino videri posset , quasi Ægyptiæ vel morte media , alioquin omnes diffugissent ; sed quales in crepusculo , ut milites se videre & alloqui possent , quanquam & stellas apparuisse tradidit auctor de miraculis dicens : *Vtī nouz , qua Dominus natus est , in diem , sic dies qua passus est in noctem versus est , non enim ferre potuerunt astri a conditorem suum in Cruce nudum , illusum à Iudeis , agentem animum , ideo lugubres vestes induerunt , & proximam summipastri familias mortem deplorarunt , silenjo & orationi mentali quæ se Dominus immolabat in Cruce servierunt .* si Dominus illis indulisset loqui , sine dubio clarissima voce omnes nequitias , iniquitates & peccata principum Iudeorum & populi detexissent , propter ejusmodi exitiale facinus , nempe Christi innocentis turpem & crudelem occasionem . Sed ubi es tu , ô anima mea , quod te nonsentiam ? dormis ? an vigilas ? Cœli te arra veste regunt , quod videant suum Creatorem occidi , tu vero nihili facis cum tui causa occidatur ? flent Cœli tametsi non redimantur , quia non peccarunt , & tu ô anima mea , non fles , quæ peccasti & tamen tu redimeris , si neque propter ossium fragorem , propter deformitatem membrorum Christi , neque propter illam mœstitudinem elementorum , ne unicum quidem lacrymam spargis , quando te ex alto peccatorum sopore surteaturum speras !

O Sol justitiae te adoro ac compello , ut duæ radios misericordiarum velis mittere , atque tenebras ignorantiae meæ , tenebras passionum , tenebras perversorum operum dissipare . E contra immittere in me tenebrarum interni timorem ,